



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

De Impedimentis solum impedientibus. Caput Decimum Sextum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

Quando, omnibus expensis, dubium est, an Impotentia perpetua præcesserit, unde sit dubium de validitate Matrimonii, an potius a Sanch. l. subsecuta sit, vide latè apud Sanchez, a 7. matr. liolque.

d. 103. Re-
ginal. lib.

31. n. 105.

Aver. q.

13. matr.

fec. 4. Bo-

nac. q. 3.

de matr. p.

13. n. 11.

D E hoc Impedimento latè egi lib. 7. in

Decal. c. 6. §. 6. a. n. 9.

C A P U T X I V.

Impedimentum XIII.

Raptus.

D E hoc Impedimento latè egi lib. 7. in

Decal. c. 6. §. 6. a. n. 9.

C A P U T X V.

Impedimentum XIV.

Absentia Parochi, & Testium.

D E hoc agam, Deo favente, infra com-

modius Tract. 4. ferè per totum latissi-

m.

C A P U T X VI.

De Impedimentis solùm impedienti- bus Matrimonium.

L E Rant hæc olim duodecim his versibus

comprehensa:

Ecclesia vetitum, nec non Tempus feria-

tum,

Atque Catechismus, sponsalia, jungito vo-

tum,

Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Incestus, Raptus sponsæ, mors mulieris,

Suscepitor propria sibi, mors presbyteralis,

Vel, si paeniteat solemniter, aut Monia-

lem

Accipiat, prohibent hæc conjugium socian-

dum.

Cum his ergo olim illicè contrahebatur

b Sanc. l. 7. Matrimonium, sed validè. b Nunc partim

d. 17. c. à Tridentino, partim à consuetudine legiti-

communi- mè usurpata, reducta sunt ad quatuor, nam

for. propterea solùm hæc explicabo. Illa cætera

videat Lector apud Doctores passim: Hæc

autem quatuor (quorum duo sunt impedi-

menta admodum limitata) hoc versu com- prehendere, in gratiam Tironum, volui.

Sacratum tempus, Vetitum, Sponsalia, Vo-

sum.

SACRATUM TEMPUS.

2. Tridentinum & limitans Canones an-

c Trid. 1

tiq. solùm prohibet (sub qua culpa suo

24. c. n.

loco dicam infra) ne ab Adventu Domini

de refra-

usque ad Epiphaniam, & à die Cinerum

matr.

usque ad Dominicam in Albis iucluſive, ce-

d. Infra

lebentur Benedictiones solemnies Matrimoni-

7. de joh.

ni, & solemnies traductiones Sponsæ ad domum

matr. 1.

Sponsæ cum multis lætitiae signis. Non

f. 4.

ergo prohibet, initi Matrimonia, vel con-

e Sanc. 1.

fusas denunciationes fieri, vel privatas Tri-

matr. 1.

ductiones e Sponsæ ad Sponsi domum: id,

11. 6. Pa.

quod indicavi, dum dixi modò, hoc impe-

matr. 1.

dimentum esse valde limitatum.

11. 6. Pa.

VETITUM.

3. Quando Episcopus, vel etiam Paro-

na. De

chus, ut notat Sanchez, f aliique, graviter

c. 1. de

alicui prohibent etiam extra Judicium, ne

1. de

Matrimonium tunc contrahatur, sed differa-

tione.

tur ob aliquam rationabilem causam, puta,

f. C. 1. de

ut interim cognoscatur de aliquo impedi-

matr. 1.

mento disimenti, vel, ut rixæ, & discordiæ

tra inter-

componantur, &c. licet validè, illicè ta-

Ecclesi. 16.

men graviter, contrahunt Matrimonium, &

de Cora-

debet Judex Ecclesiasticus g pœnam arbi-

riariam non obedientibus infligere.

13.

4. Excommunicatus, sive Majori, sive Mi-

g. C. 1. h.

nori Excommunicatio, cum interdictus matrim-

onis,

sit, ut dicimus in Tract. de Excommuni-

ca. 1. de

catione, recipere Sacramenta, illicè etiam re-

terd. Ec-

cipiet Matrimonium, licet validè, ut ibidei

Carrat.

explicabimus.

14.

5. Tempore autem interdicti prohibita-

Dec. 14.

quidem sunt Benedictiones Matrimonii, non

contra lo-

tamen ipsius Matrimonii contractio, ut item

terd. Ec-

diecimus cum de Interdicto.

Carrat.

SPONSALIA.

6. Hoc tertium enim verò, ut & quartum,

fuerit

sunt impedimenta, licet solum impeditia, absoluta tamen, & non limitata.

Si quis ergo cum aliqua persona contrahit sponsalia, illicere Matrimonium contrahet cum quacunque alia, nisi forte antea, sponsalia priora, legitimè, disoluantur: validè tamē dictum Matrimonium per verba de præsenti contrahet, quia hoc impedimentum solum impedit, non dirimit Matrimonii contractionem.

7. Est autem de jure naturæ hoc impedimentum: quilibet enim debet stare promissis in contractibus oneriosis. Verum de sponsaliis infra plura dicenda sunt.

V O T U M.

8. Hic nequaquam agimus de Voto solemini Castitatis inclusio in Professione Religiosa, vel Sacerdotio; illud enim Impedimentum dirimere est, juxta ea, quæ nuper vidimus, sed de Voto Castitatis simplici nostra præsens est locatio, quod Impedimentum est solum impediens, quodque quatuor sub se peculiaaria vota comprehendit, quorum aliqua directè aliqua indirectè Castitatem requirunt, & opponuntur Matrimonio, non quæ illud invalidum reddunt, sed illicitum. Sunt autem ea. Votū simplex Castitatis, Votum non ducendi uxorem, seu vitam celibem agendi, Votum ingrediendi Religionem, Votum suscipiendo Ordinem Sacrum. Est autem hoc Impedimentum de jure naturæ, quilibet enim obligatur, vota, quæ Deo promittit, adimplere.

C A P U T XVII.

Aliquot questiones pertinentes universaliter ad praedicta Impedimenta.

§. I.

QUÆSTIO PRIMA.

Quamvis specie peccati peccet, qui cum impedimento dirimere copulam habet, vel Matrimonium contrahit.

Hunc peccare mortaliter, dictum est spe: At nunc scire Lector cupit, ecquiam peccati specie? Claritatis gratia sequentibus quatuor dictis huic desiderio faciam satius.

Tantum invenimus de Sacramentis.

2. Dictum Primum. Si duæ personæ non conjugatae, vir scilicet, & mulier aullo impedimento dirimere affecti copulam habeant, ea specie malitiæ peccant, quod afferit ex se peccatum, quod committunt. V. g. duæ personæ liberæ non consanguineæ peccabunt sola fornicationis specie.

3. Dictum secundum. Adveniente, seu considerato impedimento, si vir, & mulier copulam habeant, ultra malitiam, quam ex se eiusmodi copula afferit, contrahent aliam, quam forte afferit impedimentum, v. g. quando vir, & mulier sunt consanguinei, si copulam habeant, ultra speciem peccati fornicationis, contrahent peccatum Incestus. Unde, si antea vir, & mulier fuissent extranei, sed postea, vel Votum, vel affinitas aliqua ipsis superveniret, certè, quamvis antea eorum copula fuisse solum fornicaria; tamen deinde sacrilegia erit, vel incestuosa, & sic de similibus. Idem dic, si iidem cum Impedimento dirimenter contrahant, & deinde commisceantur; cum enim Matrimonium illud sit nullum, remanent cædem malitiæ, quæ erant antea.

4. Dixi (*Quam forte afferit impedimentum*) nam aliquando illam novam malitiam non afferit: error v. g. in persona malitiam aliam novam afferre non solet; si enim putans te habere copulam cum Maria libera, invenias eam fuisse Antoniam item liberam, sancitam malitiam simplicis luxuriaz à te contractam esse, nemini esse dubium potest. Parimodo in Impedimento Raptus: Tridentinum enim voluit, ut irritum esset Matrimonium inter Raptorem, & Raptam quandum rapta est in potestate Raptoris, idque voluit ob libertatem Matrimonii. Nam si Rapiens, & Raptus, communī consensu copulam deinde habent, fornicationis solum malitiam contrahent, quia motivum propter quod Ecclesia Matrimonium inter has personas invalidum reddidit, fuit libertas Matrimonii, quod motivum nunc non addit aliquam rationē novæ malitiæ supra simplicem fornicationem. Idem denique in impedimento Criminis: Ecclesia enim sanctivit, ne vir, & foecina covenientes ad occidendum alretutius cōjugem eo animo, ut inter se Matrimonium contrahant, validè illud incant: idque sanctivit in pœnam delicti, & ad præcavendum, ne spe Matrimonii simile delictum committatur. At hoc motivum nullam novam malitiæ speciem addit, &c.

S's

§. Di-